



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Admirandvm vindictae divinae theatrvm

Tympe, Matthäus

Monasterii Westphaliae, 1611

Admodvm Rev. Singvlari Vitae Integritate Ac Ervdito Viro, Domino Ioanni
Detteno, Veteris Ecclesiae D. Pauli apud Monast. Canonico Seniori, ac
Thesaurario, patrono suo vnice colendo omne bonum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51314](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51314)

ADMODVM REV.

SINGVLARI VITAE INTEGRITATE AC ERVDITO VIRO,

DOMINO IOANNI DETTENO, VETERIS Ecclesiae D. Pauli apud Monast. Canonico

Seniori, ac Thesaurario, patrono suo
vnice colendo omne
bonum.

Matth. 10.

Luc. 12.

Phil. 4.

Licet mihi, Patrone Venerande, quod in
Langulo gestum est, praedicare, auctoritate
Domini, super tecta: nec non de te illud Apo-
stoli magnum gloriae praconium usurpare.
Nullus mihi communicavit in ratione dati &
accepti nisi tu solus. Tu enim (vt alia tua in me
collata beneficia non attingam) ferè solus ad
me, à libris imparatum, ex Bibliotheca Col-
legij Soc. Iesu, & admiranda exempla (vt ea huic
Theatro intexerem) & libros (vt ex eis plura
colligerem) attulisti. Finge autè tibi, quot in
Miraculis quæ huic libro insuere licuit, sunt
versus, quot dictiones, syllabæ, litteræ, ac de-
niq; apices, tot esse ora clamantia iugiterq; di-
centia: Gratias tibi referimus immortales cu-
ius munere obtinuimus vt è latebris in aperta
lucem progredieremur. Cōplures, vt spero, ex
tàm numeroso Clero, zelo Dei accensi, tuoq;
exēplo permoti, vbi has Admirandas VITIO-
RVM POENAS legerint, suo mihi, & confi-
lio, & auxilio aderunt, vt etiam Admiranda
VIRTVTVM PRAEMIA eadem metho-
do disposita in lucem aliquando emittam. Si-
quidem

DEDICATIO.

quidem graue me scelus arbitraret admittere
si de illis tacerem quæ Deo gloriosa fore cre-
do, maxime cum in summam bonitatis & glo-
riæ diuinæ vergat iniuriam si admiranda Dei
opera neglecta vel obscurentur, vel penitus
obliterentur. Notum est illud angeli: Sacra-
mentum Regis abscondere, bonum est; ope-
ra autem Dei reuelare & confiteri, honorifi-
cum est. Demus operam Rev. D. & mihi cha-
rissime senex, non solum ne valetudo corpo-
ris, naturalis lætitiæ radix, exarescat, sed mul-
to etiam magis vt gratia apud Deum valea-
mus semper. Qui enim ita valet, is vere valet.

Tob. 12.

R. T. *χρησις ἐχρήσα.*
M. T.

IN VINDICTAE DIVINAE

THEATRUM HISTORICVM CLAR. mi
viri, D. ni Matthæi Tympij Artium ac Philo-
sophiæ Mag. & SS. Theol. L. d Carmen
encomiasticum B. D. N. F.

Diuersi faciunt diuersa, sed ille cuiq;
Esse solet finis, quò iuuat aut placeat.
TYMPIVS ast multum multa spectabilis arte,
A Pietate suum nomen & omen habens,
Hunc semper teneris finem spectauit ab annis,
Vt sanctâ multos adiuuet arte Pios.
Vndiq; doctorum peragrans nam scripta virorum
Qui vel sacra docent, quiue profana docent.

Flori-